minianū dederent. Gallus ꝑ hunc modū auditis
clandestinis eoꝝ familiariū colloquijs atqꝫ uera
esse credēs que ab illis dicebantur: temere magis
q̄ caute carminianū cum presidio multū acces
sit. Itaqꝫ cum ad recipiendū opidum statim pro
ficisceret̃ in insidias ad hoc ipm̄ institutas preci
pitatur: ac cum multis suoꝝ capitur. hūc castrūc
eius protinus ad se ductum securi ꝑcuti iussit.
Quam ob rem accelerata caroli euocatio ē. atqꝫ
ad accelerandū illius aduentū tres oratores
rursus creantur. per ea tp̄ra sūmus pontifex
iohannē ursinū romane ecclie cardinalē lega-
tum in etruriam misit. is ergo pisas nauibus
deuectus inde florentiā petens ꝯ caroli aduentū
expectauit. qui eodē fere tēpore in etruriā ingr̄s
sus ad florentinos aduentare ferebatur. caro
lus mense fere post legati ingr̄ssū cū magno exē
citu &c. cū quibusdam eius proceribus floren
tiam uenit. in quoꝝ numero gualterius ille dux
athenaꝝ recensebatur. qui florentinoꝝ domi
nationē paucis post annis occupauit. hic pau
lo post q̄ eo applicuerat maximis a florenti
nis honoribus susceptus paruas eius copias
circa maturationē segetū aduersus castruc
ciū premisit. ipse enim florentie remanēs nouel-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_932/0139

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG